

phis ingressus. Quarto (87) Dictator, & Cof. creatus disposito, reparatoque Reip. statu, continuo in Hispaniam contra Pompejos Pompeji filios profectus, septimo decimo, quam egressus ab Urbe fuerat, die Saguntum pervenit: statimque adversus Pompejos duos, & Labienum, atque Accium Varum multa bella varia sorte gessit. Ultimum bellum apud Mundam flumen gestum est, ubi tantis viribus dimicatum est, tantaque cædes acta, ut Cæsar quoque veteranis etiam suis cedere non erubescerentibus, cum cogi, cædique aciem suam cerneret, se voluerit occidere, ne post tantam rei militaris gloriam in potestatem adolescentium natus annos sex & quinquaginta veniret. Denique reparatis suis, (88) tum versus subitò in fugam Pompejanorum fugit exercitus. Equidem eo die hoc bellum gestum est, quo Pompejus pater ab Urbe bellum gesturus aufugerat. Quatuorque annis hoc bellum civile toto orbe indefinenter intonuit. T. Labienus, & Accius Varus, in acie occisi sunt. Sextus Pompejanorum fugit exercitus. Equidem eo die Pompejus frater ejus contraicæ celeriter non parvâ Lusitanorum manu, cum Cæsonio congressus, & victus, fugiensque interfectus est. Munda civitas cum immensa hominum cæde, Cæsare oppugnante, vix capta est. Inde Cæsar bellis civilibus toto orbe compositis Romam rediit, agere insolentibus cœpit contra consuetudinem Romanæ libertatis. Cum ergo honores ex sua voluntate præstaret, qui à populo antea referrebantur, nec Senatui ad se venienti assurgeret, aliaque regia, ac penè tyrannica faceret, conjuratum est in eum à ducentis sexaginta, vel amplius fenatoribus, equitibusque Romanis. Præcipui fuerunt inter conjuratos duo Bruti, ex eo genere Bruti, qui primus Romæ Cof. fuerat, & reges expulerat, & C. Cassius, & Servilius Cæca. Ergo Cæsar, quum inter cæteros Senatus quadam die venisset ad Curiam, viginti & tribus cultris senatoriis confectus, vulneribusque confos-

A sus (89) interiit. Quo facto Senatores strictis pugionibus in Capitolium secesserunt. Diu deliberatum est, utrum Capitolium cum auctoribus cædis oporteret incendi. Corpus ejus raptum populus dolore stimularus in foro fragmentis tribunalium, ac subfelliorum cremavit. Eadem igitur nocte Calpurnia uxor, videlicet ejus, vidit in somnis cum fossam vulneribus in sinu suo jacere, oravit Cæsarem, ne eo manè abiret in Senatum. Sed ille auspicio rum saepe negligens, contempsit somnium, sed exitu probavit. Igitur ante paucos dies, quam Cæsar occideretur, in Curia bove ex more maclato, cor in exitis non est repertum. Quod cum Spurina aruspex pronunciaisset ad vitæ periculum pertinere, ait Cæsar constantia memor: Miraris si bos non habet cor? sed mox ei finis vitæ fuit. Idem Spurina ante paucos dies eidem Cæsari dixerat, cavendum ei esse Idus Martias. Quo die viso Spurina ait Cæsar: Idus Martiæ venerunt. Ille respondit: Sed nondum transferunt. Eodem die Cæsar confosus est, vir quo nunquam ullus homo magis bellis enituit. Ejus siquidem ductu, undecies centum nonaginta & duo millia hostium cæsa sunt. Nam quantum bellis civilibus fuderit, noluit adnotare. Signis collaris quinquagies dimicavit, M. Marcellum solus supergressus, qui triginta novem vicibus pari modo fuerat præliatus. Ad hoc nullus celerius scripsit, nemo velocius legit, quaternas etiam epistolas simul distavit. Tantæ fuit bonitatis, ut quos armis subegerat, magis clementiâ vicerit. Eodem tempore Romæ tres simul exorti soles, paulatim in eundem orbem coierunt. Inter cætera portenta, quæ toto orbe facta sunt, bos in suburbano Romæ ad arantem loquutus est, frustra se urgeri, non enim frumenta, sed homines (90) defuturos.

Explicit Liber Sextus.

INCIPIT LIBER SEPTIMUS.

Anno ab Urbe condita DCC. ferè ac nono, interfecto Julio Cæsare, civilia bella reparata sunt. Percussoribus enim Cæsaris Senatus favebat. (1) Antonium Cof. partium Cæsaris civilibus bellis opprimere conabatur. Ergo turbatâ Republicâ (2) inter multa scelera, quæ Antonius committebat, D. Brutum apud Mutinam obsidione conculcavit, pro qua re à Senatu hostis judicatus est. Missi ad eum expugnandum, (3) liberandumque Brutum duo Cofs. Hircius, & Panfa, & cum his Octavius (4) adolescens annos natus decem & septem, patre Octavio Senatore genitus, maternum genus ab Ænea per Juliam familiam fortitus, Cæsaris nepos, Acciæ sororis ejus filius, quem ille testamento heredem reliquerat, & nomen suum ferre jusserrat. Hic est, qui postea Augustus est dictus, & rerum (5) potitus. Nam, ut breviter (6) coaccervationem malorum explicem, bella civilia

D quinque gessit, Mutinense, Philippense, Perusinum, Siculum, Aciacum. Ex quibus duo, hoc est primum, ac novissimum, adversus M. Antonium, secundum adversus Brutum, & Cassium, tertium, adversus L. Antonium, quartum adversus Sextum Pompejum Cn. Pompeji filium. Igitur Panfa primo veniens exceptus insidiis, inter suorum clades ipse quoque pilo graviter vulneratus, & ab eodem vulnere inter octidies diebus mortuus est. Hircius auxilium collegæ ferens, magnas Antonii copias vala cæde delevit. Cæsar eatenus castra custodivit. Secundâ adversus Antonium pugna magnæ utrinque strages actæ sunt. Namque tunc ibi Hircius Cof. occisus est, Cæsar victoriâ potitus est. Cui D. Brutus de conjuratione occisi Julii Cæsaris confessus preces penitentiæ fudit. Fugatus Antonius amisso exercitui confugit ad Lepidum, qui Cæsaris equitum magister fuerat, & tum militum copias grandes habebat: à quo susceptus est. (7) Dolobella Trebonium unum ex interfectoibus Cæsaris

(87) A. Quartus se Consul em fecit, & statim ad Hispanias est profectus, ubi Pompeji filii Cn., & S. x. ingens bellum preparaverant. Multa prælia fuerunt. Ultimum apud Mundam civitatem, in quo adeo Cæsar penè victus est, ut fugientibus suis se voluerit &c.

(88) A. suis cecit, & Sex. Pompeji filius major occisus est, minor fugit. Inde Cæsar &c.

(89) A. confosus est vir &c.

(90) A. brevis. Sed Antonius Cof. &c. H. & Eutrop. cum Ambrosiano.

(2) A. Republicâ, multa Antonius scelera committens à Se-

nato &c.

(3) A. ad eum persequendum duo Cofs.

(4) A. H. & Eutrop. habent, & Octavianus adolescens &c.

(5) A. rerum summâ potitus. Quare profecti contra Antonium tres duces venerunt eum apud Mutinam, eventum tamen, ut victores Cofs. ambo moverentur. Quare tres exercitus ad Cæsarem Augusto paraverunt. Fugatus &c.

(6) Hac usque ad fugatum Antonium non sunt in Heisteldeni.

(7) A. susceptus est. Mox Lepido operam dante Cæsar pacem cum Antonio fecit, & quasi vindicatus &c.